

ino amicorum numero essetis mihi, neque Regnorum
 vestrorum neque hujus Republicae ratio passu est. quod
 felix, faustum ac perpetuum sit, deferbuit ille astus,
 et ut voce speroque, amanti in ira amoris redintegratio
 erit. Redeo itaque ad vos eodem vultu atque animo, quo
 ante non solos tres, sed et pene quinquaginta annos Oxonios
 colles salutavi. Accipite rogo constantis amicitiae leves
 tesseras, quando hoc voluistis, par est quid intrinsece, etiam
 vos exedere. Mihi non exiguum opera praetium erit,
 in turba tot insignium virorum vestra auctoritate censei,
 nisi quidem vos oblatis locuti in illo Theatro tandem
 ceperit penetrare; quod si factum est, queso et obtestor per
 candore vestrum ne id latere sinatis. Invenem hunc
 meum e sorore nepotem, qui his munusculis passus est
 se onerari. Non gravabitur auctori reportare, si quid
 vobis agnoverit animis gratum esse. Ipsum interea
 vestrae omnium comitati ex animo commendo. Tuae
 imprimis, Mi Wallisi, et excellenti Collegae Bibliothecario
 vestro. Festit in magnorum virorum amicitias et
 consortia admitti, et si qua fides Arunculo, sua vir
 tute, doctrina, morumque suavitate ac modestia
 invenitur illis non indignus. Vale vir maxime
 et me ama, quasi mune ex postliminio. Scrib: Haga
 Com: Calendis nostris Quintilibus MDCC LXXIX.

Schurmannae

Nobilissima Domina.

(508).

Si quid tibi in me fiducia est, scribe tui gregis hanc:
 Matrona est Pietate, natalibus illustris, Uxor Berthof-
 feri viri eruditi, Cestri Arausianensis vice praefecti.
 Nohuit e Belgio discedere se insalutata Belgii praecipuo
 ornamento; hanc sola de causa ad vos excurrit, dum
 se itineri accingit pastor Ecclesiae Gallicae Delphensis,
 quo comitata Genevam, ni fallor, inde Arausium
 profectura est. de forma, virtute, facundia, modestia
 elegantissime mulieris nihil addo: tute perspicies,
 neque vero momentum otii suppetit. Vale in
 praesentia distracto. Vale nostrum decus et ama
 semper tuum.

13 Junii 1669.

Schurmannae.

Nobilissima Domina

(509).

Quae me dicebam de voce gestuque oratorum nostrorum
 luseris, et ea quam obi cane pejus et angue ineptissima
 in